**Parochiae Graeci Ritus Catholicae Petraniensis<sup>21</sup>**

in Conformatitate Caesareo-Regiae Resolutionis per Excelsum Consilium Locumtenentiale Regio-Hungaricum Posonio Die 27<sup>ma</sup> Octobris Anni 1777<sup>mi</sup> emanatae per nos infrascriptos Deputatos die, anno, locove infracitandis peracta modo sequenti.

In Comitatu Bihariensi, Diaecesi Graeco-Catholica Magno Varadiensi situata Parochia Mater est de nomine Petrány ante annos circiter 80 per Dominium Terrestrale erecta.

1<sup>mo</sup> Dominus Terrestris est vacans Episcopatus Magno Varadiensis

2<sup>do</sup> Ius Patronatus habet Idem Episcopatus

3<sup>tio</sup> Animae in hac Matre Confessionis Capaces sunt N°96 omnes Graeco-Catholicae

4<sup>to</sup> Ex his nullus est Colonus, verum omnes Inquilini N°30

5<sup>to</sup> Cum hic acatholici non sint nec oratorium, nec ministrum habent

6<sup>to</sup> Nullus hic Nobilis, aut Libertinus existit

7<sup>mo</sup> Ecclesiae Structura est lignea ex trabibus et virgultis cum sine proxime elapsi saeculi per illius Temporis Parochianos aedificata ternis jam vicibus, distinctis temporibus fuit per Parochianos reparata, necessariis ornatibus, et supellectilibus uti et Libris destituta omnibus. Alia in Locum hujus aedificanda veniret, tum quia ruinae proxima est, tum etiam quia auditores non capit, capax quippe est solum 45 animarum.

8<sup>vo</sup> Habet annue Proventus fixos ex Capitali nullos

Ex Fundis Ecclesiae donatis, vel legatis

Criptis, Pulsu Campanarum, Marsupiali, vel alia Eleemosyna

Summa Proventus Ecclesiae

9<sup>no</sup> Pro casu insufficientis hujus Ecclesiae Proventus de substantia suae paupertatis Parochus, cum Parochianis ejus necessitatibus providet.

---

21 Pontoskő, Petrani [RO], Bihar megye;

10<sup>mo</sup> Domus Parochialis lignea est per Parochum ante octo annos adjectis ex Parochianorum parte in adjumentum 10 Rhenenses florenos in fundo colonicali aedificata, una cella et camerula constans statui incommoda.

11<sup>mo</sup>

*Parochus*

autem habet proventus annue:

Ex Fundis per Dominium Terrestrale assignatis Sessionem Inquilini efficientibus  
Ex Horto praeter exigua olera nihil percipit

Gramine per se cum concursu Parochianorum interdum colligi solito: habet unum  
falcastrum capax 2 curruum Faeni a Rhenensi floreno 1                          *florenos* 2

Ex Agris per se itidem cum concursu Parochianorum cultivari solitis: habet terram  
capacem 1 metretae Posoniensis cuius tamen usum partim ob loci sterilitatem,  
partim quia ob Domorum vicinitatem quadrupedes pauperiem in ea causant,  
nullum habere potest.

Siliginis, Avenae, Hordei, Pannici, Turcici, tritici

Ex leguminum speciebus

Latus    *floreni* 2

[fol. 61v]

Translatum    *floreni* 2

Ex Lignis focalibus siqueae ex desiduis Lignorum frustis sibi comportat, cum ea  
consummat exponitur

Vineis

A Parochianis a quolibet hospite, vel Domo, aut Inquilino in paratis

In Natura Vini nihil quin imo vinum in usum etiam Missae Sacrificiorum et  
Communicantium deserviens propriis sumptibus comparat.

Tritici, Siliginis, Avenae, Hordei, Pannici, Turcici, Tritici

Butiri medias nullas

De Altilibus, Panibus, Leguminibus, Larido, Sale, ovis et his similibus

Ex Sedecima, Decima, Octava, vel Quarta Decimae

Agnellis, aut apium alvearibus

Fundatione Domini Terrestris /:aut alterius:/ ultra Fundum Parochiale habet in  
parata vel naturalibus

Generali Parochorum Cassa

Fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis Magno Varadiensis causa destinato  
percipit    *florenos* 50

Summa Proventuum fixorum Parochi                              *floreni* 52

12<sup>mo</sup> Siquidem hic nobiles nulli sint, sequaciter in praeattactis fixis praestationibus  
ad intentionem Parochi non concurrunt.

13<sup>o</sup> Ex Stola facto e Matricula 4 annorum computu eruitur Parochum annue  
percipere signanter

A Baptismatibus 6 deberet quidem per denarios 28 1/3 ast effective percipit a  
denariis 7 2/3    *denarios* 44

*Nagyváradi egyházmegye*

Introductione Puerperae non est in usu solutio	
Copulationibus 3 secundum statutam normam percipere deberet	
Per Rhenensem florenum 1 denarios 13 ast ob paupertatem Populi percipit a denariis 15	<i>denarios 45</i>
Promulgatione non est in usu	
Introductione non est in usu, nempe Neo nuptiae	
Sepultura 4 Seniorum juxta statutam normam percipere deberet per denarios 85 verum effective percipit a denariis 56	<i>florenos 2 denarios 24</i>
Sepultura 6 Iuniorum Parocho obvenire deberet per denarios 40 ast obveniunt solum a denariis 10.	<i>denarios 60</i>
Ex Coleda	
Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis	
Summa Proventus Stolaris Parochi	<i>floreni 3 denarii 73</i>
Summa Proventuum fixorum ejusdem	<i>floreni 52</i>
Summa Summarum	<i>floreni 55 denarii 73</i>
14 <sup>to</sup> A Nobilibus cum non existant, Stolam nec desummit, proinde	
15 <sup>to</sup> Quaestio cessat	
16 <sup>to</sup> Quaestio cessat	
17 <sup>mo</sup> Caeteri Parochiani solitae praxi stolari sese inhaerere velle declarant Parochia haec nullas habet Filiales	
18 <sup>vo</sup> Parochiam hanc dividere opus non est hinc	
19 <sup>o</sup> Nihil	
<i>[fol.62r]</i>	
20 <sup>o</sup> Nihil	
21 <sup>o</sup> Nihil	
22 <sup>do</sup> Nihil	
23 <sup>to</sup> Parochus Capellatum non habet, nec eget illo	

*Ludi Magister*

in hac Parochia non existit, verum tamen necessarius est, hinc:

1<sup>mo</sup> Siquidem Ecclesia Ludi Magistro, seu Cantore egeat, demisse illo caudum censeremus, cui de congrua subsistentia nisi ex fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis Magno Varadiensis causas destinato profudeatur, aliunde spes non est.

2<sup>do</sup> Spes affulget, quod Dominium Terrestrale /: Sede nempe vacante :/ Excelsa Camera Regia hoc fine sit quidpiam oblatura.

3<sup>o</sup> Per Introductionem Ludi Magistri nulla avulsio sequetur, nec quidquam alicui decedet.

4<sup>to</sup> Domus Scholaris huicdum nulla existit, quae tamen Robotis Dominalium subditorum extrui posset.

*Nagyváradi egyházmegye*

*Aeditus*

in hac Matre existit, qui, tantum abest, ut aliquid ex praeattactis Stolaribus redditibus  
sive proventibus participet, ut potius omnibus publicis oneribus subjaceat.

Super qua praevio modo peracta Conscriptione humillimam facimus relationem.  
In Petrány 6<sup>ta</sup> Decembris 1777<sup>mo</sup>.

Georgius Farkas Cathedralis Ecclesiae MagnoVaradiensis Graeci Ritus  
Catholicorum Canonicus Primicerius una et Scholasticus manu propria

Michaël Lengyel Incliti Comitatus Bihariensis et ordinarius Iudex Nobilium  
manu propria

Coram me Joanne Kováts manu propria  
Capitularium et Episcopali Bonorum Inspectore

[fol.62v]  
Conscriptio Parochiae Graeci Ritus Catholicae Petraniensis

[fol.63r]  
Conscriptio

**Parochiae Graeci Ritus Catholicae Beliensis<sup>22</sup>**

in Conformatitate Caesareo Regiae Resolutionis per Consilium Locumtenentiale Regio Hungaricum Posonio Die 27<sup>ma</sup> Octobris anni 1777<sup>mi</sup> emanatae per nos infrascriptos Deputatos, Die, Anno, Locove infracitandis peracta modo sequenti. In Comitatu Bihariensi, Diaecesi Graeco-Catholica Magno Varadiensi situata Parochia Mater est de Nomine Béll ante annos circiter 14 per Episcopum Latinum, modo Colocensem Archi Episcopum, qua Terrestrem Dominum erecta.

1<sup>mo</sup> Dominus Terrestris est Episcopatus Magno Varadiensis vacans.

2<sup>do</sup> Ius Patronatus Idem habet

3<sup>tio</sup> Animae Confessionis capaces Graeci Ritus Catholicae in hac Matre sunt N°40 Reliquae vero partim sunt Romano-Catholicae N°40 capaces confessionis, partim vero Graeci Ritus non unitae N°233.

4<sup>to</sup><sup>23</sup>

5<sup>to</sup> Graeci Ritus non uniti in hoc oppido degentes oratorium una cum ministro aequo non unito habent.

6<sup>to</sup> Nobiles hoc non sunt, duo autem Libertini sunt Graeco Catholici

7<sup>mo</sup> Ecclesiae Structura ex Trabibus est Luto illita, et calce dealbata ante annos circiter 14 per Episcopum MagnoVaradiensem Latinum qua Terrestrem Dominum aedificata. Nulla eget reparazione. Insuper et decenti provisa est ornatu, solummodo necessariis destituitur Libris, signanter: Triodio, Menaeo, Pentecostario, Sztrasznikio, Psalterio, Catavassero, Octoichio, et Poocsenio, sed et tres Lampadulae aeneae, quarum una ante Imaginem Christi, altera ante Beatissimae Virginis Effigiem, Tertia ante Portam Imperialem deservit, ut necessariae requiruntur, capax est animarum 120.

8<sup>vo</sup> Ecclesia habet Proventus ex Capitali nullos

Ex Fundis Ecclesiae donatis vel legatis nihil

Ex Criptis, Pulsu Campanarum, Marsupiali, vel alia collecta

Summa Proventus Ecclesiae

9<sup>no</sup> Pro casu insufficientis Ecclesiae Proventus ejus necessitatibus providere solebat Episcopus Latinus

10<sup>mo</sup> Domus Parochialis quamquam Fundum habeat adsignatum, nulla tamen est, verum Parochus hujus loci constrictus in una cellula cum Mercatore non unito residere cogitur.

11<sup>mo</sup>

*Parochus*

annue habet Proventus:

---

22 Bél, Beliu [RO], Bihar megye;

23 nincs kitöltve

Nagyváradi egyházmegye

ex Fundis per Dominium Terrestrale assignatis colonicalem Sessionem efficientibus

Ex Gramine per se colligi solito: habet falcastrum unum, capax curruum Faeni 4 detracto autem proprio labore considerata Terrae sterilitate assummi possunt in proventum currus 2 currum 1 a Rhenensi floreno computando *floreos 2*

Ex agris per se cultivari solitis, ob Terrae sterilitatem ve priusque fertilitatem, vix quotannis inseminat 1 Metretam Posoniensem, demto autem semine, et Trituratorum parte, aliisque expensis nihil in proventum assummi potest.

Siliginis avenae Hordei, Pannici, Turcici, Tritici

Latus *floreni 2*

*[fol. 63v]*

Translatum *floreni 2*

Ex Leguminum speciebus

Ligna Focalia Parochus proprio aere emit

Ex Vineis

A Parochianis: a quolibet hospite, vel Domo, aut Inquilino in paratis

In natura Vini nihil; quin imo Vinum etiam in usum Sacrificiorum Missae et Comunicantium inserviens proprio aere comparat.

Tritici, Siliginis, Avenae, Hordei, Pannici, Turcici Tritici

Butiri

De Altilibus, Panibus, Leguminibus, Larido, Sale, ovis, et his similibus

Ex Sedecima, Decima, Octava, vel quartae Decimae

Ex Agnelli, et Apium Alvearibus nihil

Ex Fundatione Domini Terrestris ultra fundum Parochiale habet in parata vel naturalibus

Ex Generali Parochorum Cassa titulo subsidii annue percipit

Ex fundo 34000 florenorum in piis Diaecesis Magno Varadiensis causas destinato *floreos 150*

Summa Proventuum Fixorum Parochi *floreni 152*

12º Cum hic loci Nobiles Graeco Catholici non sint, ad intentionem Parochi in praettactis ejusmodi fixis praestationibus non concurrunt.

13º Ex Stola: facto e Matricula computu adinventum est Parochianos nullam notabilem Stolae taxam Parochio dependere signanter:

A baptismate a denariis 28 1/3

Copulatione a floreno 1 et denariis 13

Promulgatione non est in usu solutio

Introductione neo-nuptiae non est in usu

Introductione Puerperae a denariis 5

Sepultura Senioris a denariis 85

Sepultura Iunioris a denariis 40

Ex Coleda accipit *denarios 16*

Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis

Summa Proventus Stolaris *denarii 16*

Summa Proventuum fixorum parochi *floreni 152*

Summa Summarum *floreni 152 denarii 16*

*Nagyváradi egyházmegye*

- 14<sup>to</sup> Siquidem ut dictum est Puncto 12<sup>do</sup>, hic Nobiles non sint, nihil ab illis percipitur, pro[\*]  
15<sup>to</sup> Quaestio cessat  
16<sup>to</sup> Pro casu abrogandae Stolae in vicem hujus in parata, vel naturalibus per aversionem nihil volunt tribuere volunt Libertini.  
17<sup>mo</sup> Ita etiam reliqui Parochiani  
Praenominata Parochia nullas Filiales habet  
Summa universorum Parochi proventuum *floreni 152 denarii 16*  
18<sup>vo</sup> Parochiam hanc dividere opus non est, unde  
19<sup>vo</sup> Nihil  
20<sup>mo</sup> Nihil  
21<sup>mo</sup> Nihil  
22<sup>do</sup> Nihil  
*[fol.64r]*  
23<sup>tio</sup> Parochus habet

*Capellatum*

qui annue percipit ex Fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis MagnoVaradiensis  
causas destinato *florenos 50*

*Ludi Magister*

in hac Matre est

1<sup>mo</sup> Domus Scholaris lignea est per Dominium ante annos circiter 20 aedificata statui incommoda, quae robotis Dominalium Subditorum extrui posset.

2<sup>do</sup> Ludi Magister habet proventus annue: Ex Fundis per Dominium Terrestrale, aut alium assignatis

Ex horto praeter exiguum oleram habet nihil

Gramine per se aut Incolas colligi solito

Siliginis, Avenae, Hordei, Panici, Turcici Tritici

Ex Leguminum speciebus

Lignis focalibus

Vineis

A Parochianis a quolibet hospite, vel Domo, aut Inquilino in paratis

In natura Vini

Triticis, Siliginis, Avenae, Hordei, Panici, Turcici Tritici

Butiri

De Altilibus, Panibus, Leguminibus, Larido, Sale, ovis, et his similibus

Ex Sedecima, Decima, Octava, vel Quarta Decimae

Agnellis aut Apum Alvearibus

Fundatione Domini Terrestris ultra fundum in parata, vel naturalibus

Fundatione alterius in parata, vel naturalibus

Fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis MagnoVaradiensis causas destinato *florenos 8*

Summa Proventuum Fixorum Ludi Magistri *floreni 8*

*Nagyváradi egyházmegye*

3<sup>to</sup> Cum hic loci Nobiles non sint Graeco-Catholici ad intentionem Ludi Magistri in praettactis fixis praestationibus non concurrunt

4<sup>to</sup> Ex Stola facto e Matricula computu adinventum est, nihil Ludi Magistro obvenire signanter:

A Baptismate a denariis 5

Introductione Puerperae non est in usu solutio Ludi Magistro

Copulatione a denariis 10

Introductione neonuptae, non est in usu solutio

Sepultura Senioris a denariis 40

Sepultura Iunioris a denariis 20

Ex Pulsu funebrali

Coleda

Summa Proventus Stolaris Ludi Magistri

Summa Proventuum fixorum Ejusdem

*floreni 8*

Summa summarum

*floreni 8*

5<sup>to</sup> Siquidem hic Nobiles non sint, quaestio cessat. Pariter

6<sup>to</sup> Quaestio cessat

7<sup>mo</sup> Pro casu abrogandae Stolae in vicem illius sive in parata sive naturalibus per aversionem illius, quoad nobiles, cum non sint, quaestio cessat

[fol. 64v]

Sed nec Libertini quidquam tribuere volunt

8<sup>vo</sup> Prout nec caeteri Parochiani quidquam

Summa Universorum Ludi Magistri Proventuum

*floreni 8*

*Aedituus sive Campanator*

in hac Matre est, habitatque in Fundo Dominii publicis oneribus subjectus. Habet autem

A Baptismate, cum non sit in usu aliquid percipere, nihil

Introductione Puerperae non est in usu solutio

Pulsu funebrali a denariis 10

Summa Proventuum Aeditui

*floreni 6*

Super qua Conscriptione taliter per nos peracta humillimam facimus relationem.

In Beél Die 17<sup>ma</sup> 10<sup>bis</sup> 1777<sup>mo</sup>

Georgius Farkas Cathedralis Ecclesiae MagnoVaradiensis Graeci Ritus Catholicorum Canonicus Primicerius una et Scholasticus manu propria

Michaël Lengyel Incliti Comitatus Bihariensis et ordinarius Iudex Nobilium manu propria

Coram me Joanne Kováts Cameralium et Episcopali Bonorum Inspectore

[fol. 65r]

[fol. 65v]

Conscriptio Parochiae Graeci Ritus Catholicae Beliensis

[fol.66r]  
Conscriptio

**Parochiae Graeco Catholicae Nyermegyiensis<sup>24</sup>**

in conformitate Caesarea Regiae Resolutionis medio Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici Die 27<sup>a</sup> Octubris Anni 1777<sup>mi</sup> emanatae per nos infrascriptos Deputatos Die, Mense, Anno, Locove infranotatis peracta modo sequenti.

In Comitatu Bihariensi Diaecesi Graeco Catholica Magno Varadiensi situata Parochia Mater est de nomine Nermegy, ante anno 14. per Episcopum Romano-Catholicum Magno Varadiensem qua Terrestrem Dominum erecta.

1º Dominus Terrestris est vacans Episcopatus MagnoVaradinensis Romano Catholicus.

2º Idem habet Ius Patronatus

3º Animae Graeco Catholicae in hac Matre Confessionis capaces sunt №10. Non Unitae vero Confessionis capaces sunt №59.

4º Ex his singulis Graeco Catholici sunt 4. et 26. Non Uniti omnes Inquilini.

5º Graeci Ritus non Uniti in hoc loco habent oratorium una cum ministro non Unito.

6º Nobilis hic est nullus, prout nec Libertinus.

7º Ecclesiae Structura est ex Trabibus ante annos 14 per Episcopum Romano Catholicum, qua Terrestrem Dominum neque ab eo tempore reparata, nec in alio reparatione egens nisi in tecto, quod nisi de novo provideatur, ruinam minitatur, nullaque supellectili Sacra huicdum provisa existit.

Hinc 4. Imagines lignae depictas, nec non in frontispicio 12. Apostolorum effigies in ligno vel tela depingendas exposcit. Destituitur proinde Sacerdotali ornatu videlicet Felonio, Alba,

[fol.66v]

Stola, manipulis purificatoriis, Calice cum suis appertinentibus, Patenula, et Stellula nec non ad Aram et Protesim deservientibus Mappis, sed et Libris eget sequentibus Menaeo, Tiodio (!), Pentecostario, Apostolio, et Sztasznikio, sed neque Campanam habet. Capit haec Ecclesia animas 100.

8º Nullos haec Ecclesia seu ex Capitali, seu ex Fundis Ecclesiae donatis, vel legatis aut Criptis Pulsuque Campanarum ac alia Elemosyna habet Proventus Summa Proventus Ecclesiae nulla

*Nagyváradi egyházmegye*

9º Pro casu insufficiensis Ecclesiae Proventus ejus necessitatibus solus loci Parochus providet.

10º Domus Parochialis est nulla, verum Parochus in Loco Coloniali per Dominium sibi assignato residet

11º

*Parochus*

habet annue Proventus

Ex Fundis per Dominium Terrestrale assignati, Sessionem Inquilini efficientibus.

Ex horto praeter exigua olera nihil percipit

Ex Gramine per se colligi solito habet unum Falcastrum capax curuum 2 unde detractis detrahendis in Proventum adsummi potest 1 currus a Rhenensibus florenis 2

Ex Agris per se cultivari solitis habet Terras capaces Metretarum Posoniensium 4. quae cum in duas Calcaturas dividi non possint, demptoque Semine, et Trituratorum Parte aliisque expensis in proventum nihil importare solet et potest. Siliginis, Avenae, Hordei, Pannici, Tritici Turcici

Ex Leguminum Speciebus nihil

Ligna Focalia si quae sibi ex deciduis Lignorum frustis deportare valeat, consummit.

Ex Vineis nihil

A Parochianis in Parata vel naturalibus. Nihil.

Siliginis, Avenae, Hordei, Pannici Turcici Tritici

Butyri nihil

De Altilibus, Panibus, Leguminibus, Larido Sale, Ovis, et his similibus nihil

Latus

[fol.67r]

Translatum

Ex Sedecima aut Decima octava, vel quarta Decimae nihil.

Ex Agnillis, Apium alvearibus nihil

Ex Fundatione Domini Terrestris ultra fundum Parochiale in parata vel naturalibus nihil

Ex Fundatione item alterius in parata vel naturalibus

Ex Generali Parochorum Cassa titulo subsidiis nihil

Ex fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis Magno-Varadiensis causas destinato a

Aliunde nihil

Summa Proventuum Fixorum Parochi

12º Cum hic Loci Nobiles Graeco Catholici non dentur ad Parochi Intertentionem in praeattactis fixis praestationibus non concurrunt

13º Ex Stola annue percipit, ut accersiti ad actum Conscriptionis hujus Iudices ultro nec recognoscant

*Nagyváradi egyházmegye*

/:Matricula enim non datur:/	
A Baptismate a denariis 28 1/3 nihil	
Ab Introductione Puerperae a denariis 5 nihil	
A Copulatione a floreno 1 denariis 13 nihil	
Promulgatione non est in usu quidquam accipere	
Introductione Neo Nuptiae non est in usu	
Sepultura Senioris a denariis 85. nihil	
Sepultura Iunioris a denariis 40. nihil	
Ex Coleda accepit circiter	<i>denarios 20</i>
Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis nihil	
Summa Proventus Stolaris	<i>denarii 20</i>
Summa Proventuum Fixorum Parochi	<i>florei 52</i>
Summa Summarum	<i>florei 52 denarii 20</i>

14º Siquidem, ut puncto 12º dictum est, Nobiles hic loci non sint, nulla ab eis Stolam desummit.

15º Quaestio cessat.

16º Pro casu abrogandae Stolae in vicem hujus sive in Naturalibus seu in Parata per aversionem Nobiles aut Libertini cum non sint nil tribuunt

17º Tantum fine eodem dependere volunt caeteri Parochiani

[fol.67v]

Praenominata haec Parochia habet Filiales nullas

18º Parochiam hanc dividere necesse non est. Unde:

19º Nihil

20º Nihil

21º Nihil

22º Nihil

23º Parochus hujus Loci Capellatum non habet neque eget illo.

*Ludi Magister*

hic Loci non datur

1º Siquidem Ludi Magistro seu Cantore haec Ecclesia egeat illocandus demisse censeretur, cui de congrua subsistentia nisi ex Fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis Magno-Varadinensis causas destinato provideatur aliunde spes non est. 2º Spes affulget quidem, quod Dominium Terrestrale Sede Vacante Excelsa Camera Regia hoc fine sit quidpiam oblatura.

3º Siquidem per Introductionem Ludi Magistri in hanc Parochiam nulla avulsio sequatur, nulli quidquam decederet.

*Nagyváradi egyházmegye*

4º In hac Parochia quidem Domus Scholaris non est pro casu nihilominus Ludi Magistri huc introducendi Domus Ludi Magistri exiguis admodum expensis per Dominium Terrestrale Episcopatus Magno-Varadiensis aut sede vacante per Excelsam Cameram Regiam Robotis Dominalium subditorum externi in exscindendo in hunc finem Fundo posset.

*Aeditus, aut Campanator*

hic Loci non est, sed neque, si esset, e Stolaribus reditibus aliquid participaret videlicet.

A Baptismate

Introductione Puerperae

Pulsu Campanarum Funebrali in casum

[fol.68r]

ejus existentiae acciperet per denarios 10.

Super qua modo praevio coram Iudicibus Loci hujus per nos peracta Conscriptionis serie praesentem nostram humillimam facimus Relationem Signatum Béll Die 17<sup>ma</sup> Decembris Anno 1777.

Georgius Farkas Cathedralis Ecclesiae Magno-Varadinensis Graeci Ritus Catholicorum Canonicus Primicerius una et Scholasticus manu propria

Michael Lengyel Inlyti Comitatus Bihariensis ordinarius Judex Nobilium manu propria

Coram me Joanne Kováts manu propria  
Capitularium et Episcopalium Bonorum Inspectore

[fol.68v]

Conscriptio Parochiae Graeco Catholicae Nyermegyiensis

[fol.69r]  
Conscriptio

**Parochiae Graeci Ritus Catholicae Kerpenyetiensis<sup>25</sup>**

in Conformatitate clementissimae Resolutionis Regiae per E. Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum die 27<sup>ma</sup> mensis Octobris anni labentis 1777<sup>mi</sup> emanatae per nos Infrascriptos Deputatos die, mense, et anno infranotatis peracta ut sequitur.

In Inlyto Comitatu Bihariensi, Diaecesi Magno-Varadiensi situata Parochia haec Mater est de nomine Kerpenyet, ab Immemoriali erecta.

Ad 1<sup>um</sup> Dominus Terrestris est Episcopus Latini Ritus, Sede vero nunc vacante Excelsa Camera Regia Hungarico-Aulica

2<sup>um</sup> Ius Patronatus habet Eadem Excelsa Camera

3<sup>um</sup> Animae in hac Matre confessionis Capaces sunt N°48 Graeco-Catholicae reliquae vero 195. sunt non Unitae.

4<sup>um</sup> Ex his unus est Libertinus, reliqui vero omnes Inquilini.

5<sup>um</sup> Non Uniti in hoc Loco oratorium non habent, verum in cubiculo Popae Divina peragere solent, quae antea in horreo quodam audiebant.

6<sup>um</sup> Nobiles hic Loci non dantur, Libertinus vero, qui hic reperitur, est Graeco-Catholicus.

7<sup>um</sup> Ecclesiae hujus structura est murata, in 4 Locis notabiliter fista quae propriis Parochi sumptibus ex una parte ante triennium scandalis noviter tecta extitit; ex altera parte similiter quidem scandalis cooperta esset, ast ob antiquitatem adeo lacera ut novum Tectum requirat. Ita et Turris, quae ab Ecclesia quinque circiter passibus dissita est antiquissimae quadriangularis structurae, et murata; sed quia Tectum ejus in omnibus Tecto Ecclesiae correspondet, reparacione eget. Harum erectio attribuitur certo calugero qui ante annos centum propria manuum suarum opera subministratis per Incolas adjacentium Possessionum videlicet Leketseny V. Szelistye, et Kerpenyet materialibus exstruxit.

Ecclesia haec supellectilem Ecclesiasticam /: si tamen talis dici potest:/ habet quidem sed jam execratam per consequens destituitur sequentibus Phaelone seu Casula, Alba, Stola, ac Manipulis, Calice, et Patenula cum Stellula ad hanc pertinente; quae siquidem ex plumbo sint, et ab immemoriali [fol.69v] tempore usuentur earumque deanratio ex toto sit detersa execrata sunt effecta Requiruntur item ad Prothesim necessariae Syndones, et Purificatoria N°3, Turribulum, Lampadulae aeneae N°3, Candelabra ex aere, aut stanno altari deservientia N°2,

---

25 Kerpenyéd, Cărpinet [RO], Bihar megye;

## *Nagyváradi egyházmegye*

Foris itidem Candelabra, ante Effigies Christi, et Beatissimae ejus Matris ex ligno N°2, Tabernaculum, sicut et ciborum siquidem nullum habeatur, species Sanctissimae in sigulino vasculo conservantur; altare nullum Tectum habet quod instar fornicis ex asseribus ab intus reparandum demisse projectatur.

Eget insuper Libris: videlicet Triodio, Pootsenea, et Apostolio: Ecclesia haec capax est animarum circiter N°200.

8<sup>um</sup> Proventus fixos ex Capitali Ecclesia haec nullos habet  
Ex Fundis Ecclesiae donatis, vel legatis  
Cryptis, Pulsu Campanarum, Marsupiali vel alia Eleemosyna  
Summa Proventus Ecclesiae

9<sup>um</sup> Pro casu insufficientis Ecclesiae Proventus nullus est, praeter Parochum qui provideat

10<sup>um</sup> Domus Parochialis est Lignea, ab immemoriali tempore per Parochi moderni atavos ex trabibus exstructa statui utcunque commoda.

11<sup>um</sup>

### *Parochus*

autem habet Proventus annue:

Ex Fundis ab antiquo Fundum intravillanum usuat Parochus ex Indultu Dominii Terrestralis item Terram arabilem capacem metretarum Posoniensium N°6 Pratum capax duorum Falcastrorum, quae singulo anno cultivat, ex iisque Dominio nullam Decimam praestat; ex fundo autem Intravillano id est ex horto praeter exigua olera nihil percipit.

Gramine, non per Incolas sed per se cultivari solito quotannis habet 2. Currus faeni, qui in Proventum Parochi imputandi veniunt, singulum a denariis 85. defalcatis defalcandis

*florenum 1 denarios 70*

Agris: per se cultivari solitis dempto semine, et Trituratorum parte, aliisque expensis quotannis percipit.

Latus

*florenus 1 denarii 70*

[fol. 70r]

Latus

*florenus 1 denarii 70*

Est Tritico, siquidem Terra sit exigua, eaque montosa, et lapidosa percipit nihil.

Silagine, avena, hordeo, Pannico

Iudico autem, detractis detrahendis qui in Proventum imputari possunt, percipit Metretas Posonienses N°3 in Graeno a denariis 41 1/3

*florenum 1 denarios 24*

Ligna Focalia ex sylvis dominalibus gratuito per se convehit currus circiter 20 efficientia singulum currum a denariis 6 1/3 computando

*florenum 1 denarios 26 2/3*

A Parochianis habet nihil

Ex Vineis

*Nagyváradi egyházmegye*

In Natura vinum non datur sed etiam pro Missae Sacrificio, et Communicantibus proprio aere Parochus emit. Triticum, Silinginem, Avenam, hordeum Pannicum Iudicum cum Parochiani non tribuant per consequens

Ex Byturo:

Altilibus, Pane, Leguminibus, Larido, Sale, Ovio et his similibus

Sedecima, aut Decima, octava, vel quarta decimae

Agnellis, apium alvearibus etc

Fundatione, Domini Terrestris ultra fundum Parochiale nec in Parata nec in naturalibus quidquam habet

Fundatione alterius

Fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis hujus MagnoVaradinensis causas destinato Titulo subsidii annue percipit

*florenos 50*

Summa Proventuum Fixorum Parochi

*floreni 54 denarii 20 2/3*

12<sup>um</sup> Nobiles hic Loci non habentur

13<sup>um</sup> Ex Stola: a Baptismatibus duobus deberet quidem a singulo denarios 28 1/3 percipere, percipit interim denarios 10

*denarios 20*

Ab Introductione Puerperae

Copulatione

Promulgatione: in usu non est solutio adeoque

Introductione Neo-nuptiae

*denarios 85*

Sepultura Unius Senioris

Sepultura Iunioris

Ex Coleda

Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis

Summa Proventus Stolaris Parochi

*florenus 1 denarii 5*

Summa Proventuum Fixorum

*floreni 54 denarii 20 2/3*

Summa Summarum

*floreni 55 denarii 25 2/3*

*[fol. 70v]*

14<sup>um</sup> Nobiles non dantur, consequenter

15<sup>um</sup> Stola Nobilium commixta nihil efficit

16<sup>um</sup> Pro casu abrogandae Stolae

17<sup>um</sup> Quantum fineo eodem dependere maluit caeteri Parochiani, quamvis propositum sit, nihil obtulerunt.

Praenominata Parochia habet Filialem N°1 Oppidum

*Vaskoh<sup>26</sup>*

distat a Matre ½ hora

*Nagyváradi egyházmegye*

1<sup>um</sup> Dominium Terrestrale sede vacante est Excelsa Camera

2<sup>um</sup> Animae in hac Filiali Confessionis capaces sunt N°10

3<sup>um</sup> Ius Patronatus habet nullus, neque Ecclesia datur

4<sup>um</sup> Ex his unus est spanus, alter est Ludimagister, tertius Inquilinus.

5<sup>um</sup> Oratorium habent hac in Filiali non Uniti, sine Tecto desolatum, aequa et ministrum, seu Popam non Unitum.

6<sup>um</sup> Universim sunt hospites tres, duo sunt Libertini, Tertius Inquilinus, uti Puncto 4° adnotatum est

7<sup>um</sup> Ecclesia Graeco-Catholicorum nulla est.

8<sup>um</sup> Parochus neque ex Capitali, neque ex Fundis proventum percipit.

In Filiali prandia non habet Parochus, nec eget, quia illuc transire raro solet, siquidem Ecclesia nulla sit consequenter ex Filiali nullum Proventum participat.

9<sup>um</sup> Siquidem in Filiali hac, Ecclesia non detur, pro casu in sufficientis Ecclesiae Proventus de ejus necessitatibus nemo providet.

10<sup>mum</sup> Domus Parochialis hic Loci non existit

11<sup>um</sup>

*Parochus*

annuos Proventus ex Fundis per Dominium Terrestrale, aut per alium assignatis habet nulos id est

Ex Gramine

Agris

Triticō, Siligine

Avena, hordeo, Pannico, Turcico Tritico

Leguminum Speciebus

Lignis Focalibus

Vineis

A Parochianis in Parata

In Natura de Vino

Ex Tritico, Siligine, Avena, hordeo, Pannico, Turcico Tritico

Butyro

Altilibus panibus, Leguminibus, Larido, Sale et ovis

Sedecima, aut decima octava vel quarta decimae

Agnellis, apum alvearibus etc.

Fundatione Domini Terrestris, item alterius in Parata vel Naturalibus

[fol. 71r]

Ex Fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis MagnoVaradinensis causas destinato praeter 50 florenos quos in Matre percipit, habet.

Summa Proventum Fixorum Parochi

12<sup>um</sup> Cum hic loci nobiles non degant in praeattactis fixis praestationibus ad Intertentionem Parochi non concurrunt.

13<sup>um</sup> Ex Stola videlicet  
A Baptismate  
Introductione Puerperae  
Copulatione  
Promulgatione cuius solutio nec in usu est  
Introductione neo-nuptiae  
Sepultura senioris  
Sepultura Iunioris  
Ex Coleda  
Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis,  
Ex omnibus his nihil.  
Summa Proventus Parochi in Filiali  
Summa Proventum Fixorum

14<sup>um</sup> In Defectu Nobilium nullam Stolae Taxam desumit

15<sup>um</sup> Nobilium Stola commixta efficit

16<sup>um</sup> Pro Casu abrogandae Stolae solitae in ejus locum per aversionem nihil Parocho tribueretur

17<sup>um</sup> Eodem Titulo dependere volunt caeteri quoque Parochiani, uti huic  
consueverunt  
Summa Universorum Parochi Proventuum in Filiali

18<sup>um</sup> Parochiam hanc dividere pro nunc necesse non est, sed si futurum converterentur in praedicta Filiali non Uniti, cum illorum Ecclesia ruinae sit proxima, Ecclesiam in hac Filiali aedicandam, et Parochum pro eo casu introducendum demisse censeremus.

19<sup>um</sup> Stante dicta hypothesi novus Parochus nullos ibi haberet Proventus, nisi ex antelabo 34000 florenorum fundo de congrua ejusdem subsistentia provideretur.  
20<sup>a</sup> A Benignitate Excelsae Camerae pendet, an hoc fine aliquid conferre, et novam Parochiam erigere velit.

21<sup>um</sup> Nisi ex saepfato Fundo provideretur Parochus aliunde subsistentiam habere non posset.

*Nagyváradi egyházmegye*

22<sup>um</sup> Si erigi deberet Ecclesia, aut Domus Parochialis, non secus quam sumptibus Dominalibus perfici posset.

[fol. 71v]

23<sup>um</sup> Parochus Capellatum non habet, nec illo eget.

Ludimagister in Matre Kerpenyet non datur, est nihilominus Cantor, qui in Fundo Ecclesiae, una cum Parocho, siquidem ejusdem sit Frater, residet, nullumque habet Salarium, aut aliquam ex praedictis Stolarium proventuum redditibus participationem, verum in uno pane cum suo Fratre existens, de antelabis fixis proventibus is quoque communicat.

*Ludimagister*

in Filiali Vaskoh est nomine Ioannes Popovics, qui

1<sup>um</sup> Domum Scholarem non habet; sed in domo spani Dominalis habitat, ibidemque pueros interdum plures, intredum vero pauciores cum filio spani instruit, ab eoque subsistentiam accipit, proventus autem habet nullos, nec in Parata, nec in Naturalibus, nec ex Fundis, aut Fundatione alicujus, nec ex Stola, aut ex aliqua alia relatorum Proventuum specie: hinc pro congrua ejus subsistentia nisi ex saepefato fundo provideatur, aut fine hoc Dominium Terrestrale ipsi succurrat, nulla aliunde spes affugiet.

*Aedituus aut Campanator*

in Matre Kerpenyet est nomine Michael Forton, qui in fundo colonicali habitat, omnesque praestationes Robotas, et Datias Dominio Terrestrali exhibet nullumque proventum

A Baptismate

Introductione Puerperae

A Pulsu funebrali percipit

Summa Proventuum Aeditui

Super qua taliter per nos instituta, et coram Iudicibus Loci Iuratis, et Senioribus peracta Conscriptionis serie humillimam facimus relationem. Signatum in Kerpenyet 11<sup>a</sup> Decembris 1777.

Georgius Farkas Cathedralis Ecclesiae MagnoVaradinensis Graeci Ritus Catholicorum Canonicus Primicerius, una et Scholasticus manu propria

Michael Lengyel Inlyti Comitatus Bihariensis ordinarius Judex Nobilium manu propria

Coram me Joanne Kováts manu propria

Capitularium et Episcopali Bonorum Inspectore

[fol. 72r]

Conscriptio Parochiae Graeci Ritus Catholicae Kerpenyetiensis

[fol.73r]

### Parochiae Graeci Ritus Catholicae Korroiensis<sup>27</sup>

in Conformatitate Clementissimae Resolutionis Regiae, per Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum die 27<sup>ma</sup> Octobris Anni 1777<sup>mi</sup> emanatae, per nos infrascriptos Deputatos, die, anno, et Loco infra notandis peracta modo sequenti.

In Inlyto Comitatu Bihariensi, Diaecesi MagnoVaradinensi situata.

Parochia Mater est de nomine Korroi, quae per Dominium Terrestrale, Episcopatum videlicet Latini Ritus ex Ligneis Materialibus circa annum 1761<sup>mum</sup> extorta, et stramine tecta est.

1º Dominus Terrestris est Episcopus Latini Ritus, nunc vero Sede vacante Excelsa Camera Regia Hungarico-Aulica

2º Ius Patronatus habet eadem Excelsa Camera

3º Animae Confessionis Capaces in hac Matre sunt N°60, hae omnes sunt Graeco-Catholicae, neque atterius Religionis homines hic Loci degunt.

4º In qualitate sua sessionali sunt omnes Inquilini.

5º Cum hic atterius Religionis homines non dentur praeter Graeco-Catholicos, attera Religio Ecclesiam, vel Oratorium, aequo et Ministrum non habet.

6º Nullus hic Loci Nobilis, aut Libertinus reperitur.

7º Ecclesiae structura ex Trabibus est, ante annos circiter 14. per Episcopum latinum MagnoVaradiensem, qua Terrestralem Dominum noviter aedificata, nec ab eo tempore reparata; sed neque alia reparatione eget, verum in tecto Templi aliquot duntaxat desiderantur scandalae, ob quarum lapsum pluvia penetrans celebrantem ad altare Presbyterum quatit, Incrustationem insuper, et dealbationem requirit cum luto jam illita habeatur.

Necessariis quoque destituitur Ornatis, Calice videlicet, qui, cum ex aere sit, ob detersam ejusdem Inaurationem irregularis effectus est. Sed neque sine dispendio sanitatis celebrantium in eo Sacra peragi possunt.

[fol.73v]

Eadem subit Considerationem Patenula, super quam necessaria stellula una, cum cochlearculo, quo species communicantibus distribuuntur, tanquam summe necessaria desiderantur; Indigit praeterea Phelone, seu Casula, et Alba quae jam nimium attrita sunt, ac ob id indecentiam quampiam spirant.

---

27 Korbolyatelep, Corboaia [RO], Bihar megye;

## *Nagyváradi egyházmegye*

Libri denique sequentes desiderantur; Menaeon, Triodion, Sztasznikion, Pentecostalion, Catavaserion, Psalterion, Missale, Apostolion, Potsenia, et Oroligion, denique pro decore hujus Ecclesiae de more Orientalium depingendi 12. Apostoli in Frontispicio in considerationem venirent;  
Mappulae purificatoriae, et tres Lampades aeneae absunt, sed et Fundo pro Candelis, Thure, inter Sacrificandum adhiberi solito, et pro oleo in Lampadibus caret: Quae de pietate Fidelium interdum providentur.  
Capax est animarum circiter 120.

8º Proventus fixos ex Capitali annue habet nulos  
Ex fundis Ecclesiae donatis, vel legatis  
Cryptis, Pulsu Campanarum, Marsupiali et alia Eleemosyna  
Summa Proventus Ecclesiae

9º Pro Casu insufficientis hujus Ecclesiae Proventus ejus necessitatibus Incolae provident.

10º Domus Parochialis lignea est, per Dominium Terrestrale una cum Ecclesia aedificata; Statui utcunque commoda, Camerula tamen pro Parocho, qua destituitur, requiretur.

11º

### *Parochus*

habet Proventus annue:  
Ex Fundis: per Dominium Terrestrale Ecclesiae assignatis, Colonicalem Sessionem efficientibus

Horto, praeter exigua olera, percipit  
Gramine

Agris per se cultivari solitis: Habet Terras universim 28 Metretarum Posoniensium Capaces, quibus in duas Calcaturas divisis quotannis inseminare potest Metretas Posonienses 14.

Ex quibus dempto Semine, et Trituratorum parte, aliisque expensis, nec non reflexe ad Terrae vepribus obsitae sterilitatem in proventum assumi possunt, fatentibus id ipsum ad actum

*[fol.74r]*

Conscriptionis accersitis dictae Possessionis Iudicibus non nisi Metretae Posonienses N°14 singulam a Rhenesi floreno 1 computando *floreos 14*  
Siliginis, avenae, hordei, Pannici, Turcici, Tritici

Ex Leguminum speciebus

Lignis Focalibus si quae ex deciduis Ligniorum frustis sibi comportat, cum ea consumat, exponitur

Ex Vineis

A Parochianis in Parata, vel Naturalibus a quolibet hospite habet Iudici in culmis Metraetas 16, a denariis 17 singulam computando, exponuntur

*floreos 4 denarios 54*

*Nagyváradi egyházmegye*

In Natura: Vini urnas

Vinum vero, in usum Missae Sacrificiorum, et Communicantium deserviens ipsi Parochiani subministrant.

Triticī

Siliginis

Avenae, hordei, Pannici, Turcici, Tritici

Butyri

De altilibus, Panibus, Leguminibus, Larido, Sale, Ovis, et his similibus

Ex Sedecima, aut Decima, Octava vel quarta Decimae

Agnellis

Apum alvearibus

Fundatione Domini Terrestris, ultra fundum Parochiale in Parata, vel Naturalibus

Ex Fundo 34000 florenorum in pias Diaecesis Magno-Varadinensis causas destinato participat annue

florenos 50

Summa Proventuum Parochi

floreni 68 denarii 54

12° Nobiles hic non sunt, neque ad Intertentionem Parochi in dictis fixis praestationibus concurrunt.

Ex Stola: Facto e Matricula computu, adiunctum est hanc desumi modo sequenti:

A Baptismatibus 5 per denarios 28 1/3

florenum 1 denarios 41 2/3

Ab Introductione 5 Puerperarum

A Copulationibus 4. a denariis 56 ½

florenos 2 denarios 26

A Promulgationibus solutio in usu non est

Ab Introductione Neo-Nuptiae pariter

A Sepultura 5. Iuniorum Taxa quidem est denarii 40 adeoque

florenos 2

Ex Coleda

denarios 32 2/3

Ex Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis

Summa Proventus Stolaris

floreni 6 denarii 1/3

Summa Proventuum Fixorum

floreni 68 denarii 54

Summa summarum

floreni 74 denarii 54 1/3

[fol. 74v]

14° A Nobilibus cum non existant Stolam nec desumit

15° Stola Nobilium immixta nihil efficit

16° Pro Casu abrogandae Stolae in ejus Locum per aversionem Nobiles et Libertini, cum nulli sint, nec aliquid promittere possunt.

17° Caeteri Parochiani inhaerent praecriptae Normae Stolari.

Parochia haec nullas habet Filiales

18° Parochiam hanc dividere necesse non est: hinc

ad 19<sup>um</sup> Nihil

20<sup>um</sup> Nihil

21<sup>um</sup> Nihil  
22<sup>um</sup> Nihil

23<sup>um</sup> Parochus Capellanum non habet, sed neque necessarius est.

*Ludimagister*

in hac Parochia non existit verum tamen necessarius est;

1º Pro Ludimagistro Domus Scholaris nulla est, unde cum haec Ecclesia sine Ludimagistro, aut Cantore esse non possit, illocandum demisse censeremus cui de congrua subsistentia, nisi ex antelato 34000 florenorum Fundo provideatur, aliunde spes non est.

2º Spes quidem affulget, quod Dominium Terrestrale hoc fine sit aliquid oblatum.

3º Siquidem per Introductionem Ludimagistri in hanc Parochiam nulla avulsio sequatur, nulli quidquam decederet.

4º In hac Parochia, ut dictum est, Domus Scholaris non existit, haec nihilominus Domus pro Ludimagistro exiguis admodum expensis, Robotis videlicet Dominalium subditorum extrui posset.

*Aedituus*

hic loci est Lokucza Dumitru, qui omnibus publicis oneribus subjacet, omnesque Robotas et Datas Dominales praestat, sed aeque de Stolaribus redditibus aliquid participali signanter

A Baptismate nihil

Ab Introductione Puerperarum nihil

A Pulsu funebrali nihil

[fol. 75r]

Super qua taliter per nos Deputatos instituta, et coram Iudicibus Loci Iuratis, et Senioribus peracta Conscriptionis Serie humillimam facimus relationem. Signatum Korroj 17<sup>a</sup> Decembris 1777.

Georgius Farkas, Cathedralis Ecclesiae Magno-Varadinensis Graeci Ritus Catholicorum Canonicus Primicerius, una et Scholasticus manu propria

Michael Lengyel Inlyti Comitatus Bihariensis ordinarius Judex Nobilium manu propria

Coram me Ioanne Kováts manu propria  
Capitularium et Episcopali Bonorum Inspectore.

[fol. 75v]

Conscriptio Parochiae Graeci Ritus Catholicae Korroiensis

[fol.76r]  
Conscriptio

**Parochiae Graeco Catholicae Székelytelekiensis<sup>28</sup>**

in Diaecesi Magno-Varadinensi Inlyto Comitatui Bihariensi sitae, quae in obsequium Benigno Gratiosi Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici de dato 27<sup>ae</sup> Mensis Octobris Anno 1777<sup>mo</sup> et N°5545 emanati Intimati in conformitate Schematis eatenus praescripto die 22<sup>a</sup> Decembris Anni ejusdem 1777<sup>mi</sup> per nos infrascriptos Deputatos peracta.

Parochia Mater est de Nomine Székelytelek, quae referentibus Loci Iudicibus et Senioribus ab immemoriali erecta est.

1º Dominus Terrestris est Capitulum Magno-Varadiense Ritus Latini

2º Ius Patronatus habet Idem Capitulum

3º Animae in hac Parochia Matre confessionis capaces Graeco Catholicae sunt N°15. Graeci Ritus vero Acatholicae confessionis capaces N°267.

4º Ex his Graeci Ritus Catholici Coloni duarum Octavarum N°2. Acatholici vero Coloni Integrae Sessionis Nullus, Mediae Sessionis aequa nullus. Coloni 3/8 Octavarum 5. 2/8 23. 1/8 vero Coloni 37. et Inquilini 31. numerantur.

5º Acatholici Graeci Ritus, seu Schismatici habent Oratorium, et duos Poppas.

6º Nobilis nullus, Libertinus vero est unus Graeci Ritus Acatholicus.

7º Ecclesia e ligneis materialibus, et virgultis extracta arundine tecta est, nova quam Parochus Loci jam fatis functus Joannes Papp, propriis impensis /: exceptis materialibus, quae Dominium Terrestrale Capitulum quippe praestitit. :/ annis ab hinc 12. aedificari curavit, et ab eo tempore reparata non est.

Reparatione utpote tam extus, quam ab intus nova Incrustatione, et Tecti reparatione indiget, ornatibus attritis provisa est; Calix, Cochlear, et Stella e cupro confecta noviter inaurari deberent, ex quo autem Sanctissimum Corpus Domini in Ligno quodam Instrumento asservaretur, Novum Ciborium et Tabernaculum confici deberent. Prout et Libris Triod Rituali, et Pentecostarion indiget, Capax animarum N°60.

[fol.76v]

8º Habet annue Proventus fixos ex Capitali nihil.

Ex Fundis donatis, vel legatis nihil.

Cripta nulla est.

Ex Marsupiali collecta nihil.

Ex aliis Elemosynis nihil.  
Summa Proventus Ecclesiae

9º Necessitatibus Ecclesiae hujus ipsi Parochiani, quamvis exiguo numero existant pro posse provident.

10º Domus Parochialis hic loci nulla, verum Ecclesiam hanc administrat Presbyter in vicinia Possessione Rosafalva degens.

11º

*Parochus*

autem habet Proventus annue.

Ex Fundis nihil.

Gramine et Agris nihil.

Ex Silagine, Avena, Hordeo, et Pannico nihil.

Turcico Tritico Leguminum Speciebus lignis focalibus, arundine, vel stramine nihil.

Ex Vineis nihil.

A Parochianis a quolibet hospite in paratis nihil.

In Natura Ex Vino Tritico, Silagine, Avena, Hordeo, Pannico, Turcico, Tritico, Butyro, Altilibus, Panibus, Leguminibus, Larido, Sale, ovis et his similibus nil.

Ex Sedecima, aut 18<sup>a</sup> vel quarta Decimae Tritici, Siliginis, Avenae, Hordei, Vini, Pannici, Turcici, Tritici, Butyri, Agnellorum, Apium Alvearium nihil, Altilium, Panum, Leguminum, Laridi, Salis, Ovorum et his similiump nihil.

Ex Fundatione Dominorum Terrestrium, aut alia Fundatione in Parata vel Naturalibus nihil.

Ex Generali Parochorum Cassa nihil.

Ex Fundo 34000 florenorum Diaecesis Magno-Varadiensis in pias causas destinato titulo subsidii annue Parochus percipit *florenos 50*

Ultra praespecificatos, et jam rubricaliter expositos proventus Administrator Parochiae hujus nihil percipit.

Summa Proventuum Fixorum Parochi *florenos 50*

12º Nobili uti praemissum est, nullo hic loci existente quaestionem cessare.

13º Ex Stola Facta ex Matricula accurata combinatione annue percipit Parochus combinatis etiam pluribus annis.

A Baptismate a denariis 28 1/3 *denarios 7 1/12*

Latus *denarii 7 1/12*

*[fol. 77r]*

Translatum *denarii 7 1/12*

Ab Introductione Puerperae a denariis 5 nihil consuetum est Lare.

Copulatione a floreno 1 denariis 13 ½ nihil.

Promulgatione Taxa nulla desummi solet.

Introductione Neo Nuptae In usu non est.

*Nagyváradi egyházmegye*

Sepultura Senioris a denariis 85	<i>denarios 16 8 / 30</i>
Sepultura Iunioris a denariis 40	
Ex Coleda nihil	
Ex Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis, In usu non est.	
Summa Proventus Stolaris Parochi	<i>denarii 23 9 / 12</i>
Summa Proventuum Fixorum Parochi	<i>floreni 50</i>
Summa Summarum	<i>floreni 50 denarii 23 9 / 12</i>

14º Nobili nullo praeexistente quaestionem cessare.

15º Similiter quaestionem cessare.

16º Aequo cessare.

17º Pro casu abrogandae solitae Stolae Parochiani exiguo nimium Numero existentes solvendo in capaces invicem Stolae neque in Paratis, neque in Naturalibus quidquam praestare possunt.

Praenominata Parochia habet Filialem nullam.

*Ludi Magister*

in Matre Székeltelek

1º Domus Scholaris nulla, verum Ludi Magister idem est, qui Cantor Ecclesiae degitque in Domo propria e lignis materialibus ad normam reliquorum Colonorum in Fundo coloniali erecta.

Ludi Magister habet Proventus

Ex Fundos extra Fundum colonialem qui tam urbaniali, quam contributionali oneribus subsunt, nullum alium Fundum habet.

Ex Gramine, et Agris nihil.

Silagine, Avena, Hordeo, Pannico, Turcico, Tritico, Leguminum speciebus, lignis focalibus arundine vel stramine nec non vineis nihil percipit.

A Parochianorum quolibet hospite vel Domo in paratis, aut in naturalibus vini nihil

Ex Tritico, Silagine, Avena, Hordeo, Pannico, Turcico, Tritico, Butyro, Altilibus, Panibus, Leguminibus, Sale, Larido, ovis et his similibus nihil.

[fol. 77v]

Ex Sedecima 18<sup>a</sup> vel 4<sup>ta</sup> Decimae In Natura Vini nil. Tritici, Siliginis, Graminis, Avenae, Hordei, Pannici, Turcici, Tritici, Butyri, Altilium, Panum, Leguminum, Laridi, Salis, Ovorum, Agnellorum, et Apium Alveariorum nihil.

Ex Fundatione Dominii Terrestralis nihil.

Ex Fundatione alterius cujuscumque in Paratis vel Naturalibus nihil.

Ex Generali Parochorum Cassa nihil.

A Nobilibus nihil.

Ex Stola annue percipit, et quidem

A Baptismate a denariis 5 nihil

Introductione Puerperae Taxa nulla, nec dari quidquam solitum est.

*Nagyváradi egyházmegye*

Copulatione a denariis 10 nihil  
Promulgatione Taxa nulla est  
Introductione Neo Nuptae nihil dari solet  
Sepultura senioris a denariis 40 nihil  
Sepultura Iunioris a denariis 20 nihil  
Ex Coleda nihil.  
Offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis. In usu non est  
Summa Proventus Ludi Magistri

Nobili nullo praeexistente hic quoque cessare quaestionem Stola Nobilium nihil infert.

Quoad Punctum 17<sup>mum</sup> pro casu abrogandae stolae solitae in vicem hujus, ob exiguum Parochianorum uti superius quoad Parochum ad Punctum hocce declaratum est, numerum Parochiani, nil praestare possunt.

*Aedituus*

idem, qui Ludi Magister simul et Cantor Proventus ejusdem annuus.  
A Baptismate Taxa nulla, nec quidquam percipit.  
Introductione Puerperae Taxa nulla est, prout nec dari quidquam solet.  
Pulsu Funebrali Taxa nulla nec quidquam percipit.  
Nec ex aliis quocunque nomine vocitatis quidquam percipit  
Summa Proventus Aeditui

Super qua modo praevio per nos peracta

[fol.78r]  
Conscriptionis Serie praesentem nostram humillimam faciamus Relationem.  
Signatum Szekeltelek Anno, Mense, Dieve ut supra.

Nicetas Horvat Ecclesiae Cathedralis Graeco Catholici Magno-Varadiensis  
Canonicus Ecclesiarcha manu propria

Michael Kovács manu propria  
Inclyti Comitatus Bihariensis substitutus Judex Nobilium

Michael Egri manu propria  
Provisor Capituli Varadiensis  
[fol.78r]  
Conscriptio Parochiae Graeco Catholicae Székeltelekiensis

[fol.79r]  
Conscriptio

**Parochiae Graeco Catholicae Kardoiensis<sup>29</sup>**

in Diaecesi Magno-Varadiensi Inlyto Comitatui Bihariensi sitae, quae in obsequium Benigno Gratiosi Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici de dato 27<sup>ae</sup> Octobris et N°5545 emanata in conformiter Schemati eatenus praescripto die 16<sup>a</sup> Mensis Decembris Anni ejusdem 1777. per nos infrascriptos Deputatos peracta.

Numero Parochia Mater est de nomine Kardo, quae referentibus loci senioribus ante annos circiter 30. erecta est.

1º Dominus Terrestris est Episcopatus Magno-Varadiensis Latini Ritus

2º Ius Patronatus habet Idem Episcopatus

3º Animae in hac Matre Parochia confessionis capaces omnes Graeco-Catholicae numerantur N°256.

4º Ex his Coloni Integrale Sessionis nullus, 6/8 Colonus 1. Item mediae Sessionis 3. 3/8 15. 2/8 26. 1/8 Coloni 14. et Inquilini 24. numerantur.

5º Acatholicis nullius Confessionis hic loci degentibus oratorium nullum prout nec minister ullius confessionis preeexistit.

6º Nobilis nullus, Libertinus vero unus duntaxat est Graeci Ritus Catholicus.

